Monsieur

Habita informatione de Charactere Magnificentiæ Vræ quem a Serenissima Czarea Mtte ad Aulam Augustissimi Romanorum Imperatoris Sbi concessum habet, non alteri Statum Reipublicæ præsentem Aulæ illi insinuandum duxi quam Magnificentiæ Vræ, cuius prudentiæ Summis rerum tractandarum capacitati plurimum confido. Quamobrem Magnificentiam Vram in fundamento eius Fœderis quod Status et Ordines Reipu

1v

blica inter, et Serenissimam Mttem Czaream esse dignoscitur compellare congruum duxi, compelloq per præsentes Amice Sollicitando ut Magnificentia Vra Literas hasce ad Augustissimum Romanorum Imperatorem a Statibus et Ordinibus Reipublicæ Nræ datas debite et convenienter offerre Aulaq illi progressus et Statum præsentem Reipublicæ remonstrare pro Singulari Activitate Sua velit. Quem in finem Informatio tam pro Aula illa et in Publicum, quæ etiam pro Persona Magnificentiæ Vræ

in privatum annectitur. Impensos hoc in passu Magnificentiæ Vræ conatus memori gratitudine Status & Ordines Reipublicæ rependere non intermittent, nunc vero inter contestationes benevolentiæ meæ maneo

Monsieur

Vostre treshumbl et tresobeissent
Serviteur

Comte Denhoff Marechall
de la Republique de
Pologne

Leopoli
d. 4. Marty 1707